



COPIA

CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (*de Seminariis atque Studiorum Institutis*) postulatione attenta Rev.mi Magni Cancellarii Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe, legitime præsentantis; perpensa CONVENTIONE die VIII mensis Iunii a. D. MMV inter Rev.mum Ministrum Provinciale et Rev.mum Rectorem eiusdem Pontificiæ Universitatis inita atque ab hac Congregatione approbata; cum comperit in Instituto Theologico Franciscano sub titulo v. *San Pedro Garza García* in civitate Monterreyensi sito traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conformari et cum diligentia promoveri, prædictam petitionem libenter suscipiens, idem


INSTITUTUM THEOLOGICUM FRANCISCANUM  
sub titulo v. *San Pedro Garza García*

Facultati Theologiæ Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe

AFFILIATUM

pro munere hoc Decreto ad aliud quinquennium **constituit declaratque**, collata Facultati potestate academicum Sacræ Theologiæ BACCALAUREATUS gradum iis alumnis conferendi, qui præscriptum curriculum theologicum (cfr. CIC can. 250), feliciter emensi, specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis bene superaverint; servatis de iure servandis, in primis peculiaribus NORMIS ad affiliationem exsequendam ab utraque parte subsignatis et ab eadem Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXIV mensis Ianuarii a. D. MMXI.

  
PRAEFECTUS

+ *Johannes Ludovicus Bunge* 7